

plena virtutibus fovebat et cum
placitatur spiritualiter ipsa an
te mulieres omnes scitate prece
lunt: puto quod intelligit quod aiad
nent. Na alie quide partes gra
mervenerunt. ipa ante plena
gra ab angelo salutata. **Hec an**
telus. Oro. Illuc viga vesse
florida et fructifera maia vir
go btissima. de qua vincto ille
et singularis flos et fructus pro
dit. qd virtutu spualium gime eru
pit: flos suavissimus emittens
odorem: fructus sapidissimus in
mitens dulcore. flos cuius voi
tas expellit mesticia: fructus
cuius sacietas vlena dat leticia
Bndicta viga de radice vesse:
bndictus flos: qd de tali ra
dice ascendit. Bndicta arbor bnd
ictus et arboris fructus. Tuo er
go flore me recrea: tuo fructu
ab omni miseria me libera: vigo
maia in eternu bndicta. amen.

De receptoe iohis bap^{te} Ca. iiii

Vit autem in di
ebus illis salz
in diebus hero
dis regis in dec.
sacdos quida
noie sachaias

de pace abia: et uxor eius noie

quintu ad obseruacia ceremonialiu:
sine qrela. quintu ad obseruacia
iudicialiu: qz pacifice se ad proxi
mos habebant. Et no eat illis
filius ppt stilitatem: q est causa
specialis muliei. Ex quo appaet
deceptio pcursozis miraculosa: qz
no fuit tantu p natura: sed per
natura gra diuina adiuta. **T**
Iste herodes de pre ydumeo de
cendens fuit alienigena: et ia cep
trum ablatu fuit de iuda: et
ideo tempus adueto xpi instabat: qz
iacob patriarcha spu pp hetico sig
nu aduetus xpi p dixerat. qu reg
nu iude ad alienigena translatum
ess diceb. Non auferet ceptrum
de iuda zc. Et sciendu est hic
qz cu moyses vnicu instituisse su
mu sacerdotem. cui mortuo vnus p
ordine succedet: dauid volens n
pliac cultu domo dmi. de xxiiii fa
milijs q descenderat ab aaro in
stituit viginnti quoz sacerdotes: su
per quos tm vnus maior eat et su
mus oim: q dicebat princeps sac
dotu. Instituit etia ut vicissim mi
nistrates p ebdomada a sabbo
vsq ad sabbatu tepoe vias sue
singuli castimoie student: nec
interi in domu ppam intraret:
sed in domuculis circa templum

msw. 08/11

alte Nr. 352.

Calixtus, G. mit

Samelband mit insges. 67 Disputationen
philosophischen Inhalts, darunter mit
einige mathematische.

Herman. Comingus

c. 13. 13. c. XL.

F. III. 6.

5

Disputationum Metaphysicarum
PRIMA.

DE
VERITATE ET
EXISTENTIA PHILOSO-
phiæ primæ siue Meta-
physices.

Cuius Theses

Annunte Deo Opt. Max.

PRAESIDE
M. IOANNE VVOLFIO Hom-
burgi--Altendorpio

Ininclutâ IV LII.

defendet

IOANNES LAFARDVS.

HELMÆSTADII,
Excudebat Iacobus Lucius.

CID. MD. CI.

64 3

Reuerendo & amplifs.^{mo} viro Dn. PETRO
VVEINTRAUBEN, Cœnobij Riddacheshufani
Archimandritæ dignissimo, Mœcenati suo & pa-
trono perpetuum obseruando S.



*I naturam quisq³ suam, R. & Doctissime vir, solummodo
perpenderit, nimirum satis cognoscet, quidnam homini con-
ferat Philosophiæ studium, ut enim taceam, quæ ex eo proficisci-
tur & certè maxima est, voluptatem, insigni & necessariâ sese
cuius utilitate commendare satis atq³ denincire potest, eo quod
mentem nostram, ab ignorantia, quæ & puerulis est in triuijs exosa, densissi-
mâ nube magno cum nostro emolumento vindicat, eamq³ scientiæ cupidita-
tem, quam natura nobis ipsa ingenuit, exatiat, atq³ hac ratione animum
perficiens eum ad suas operationes præstantissimas quidem hominisq³ proprias
excitat & perducit, id quod eò excellentius præstat Metaphysica, quò magis
illa antecellit reliquis Philosophiæ partibus & propter res quas tractat, & pro-
pter principatum, quem habet in illas. Præterquam enim quod de omnibus re-
bus quæ per vniuersas disciplinas sunt sparsæ suo modo docet, eleuat in super
intellectum ad Deum, diuinisq³ Genios, quantum id quidem naturali lumi-
ni fieri potest, cognoscendos, quæ cognitio licet sit perexigua nobilior tamen est
ob res nobiliores, quod præclare etiam docet Aristoteles 1. de part. animal. cap.
5. ubi res, inquit, superiores etiam si leniter attingere possimus, tamen ob eius
cognoscendi generis excellentiam plus oblectamur, quam cum hac nobis iuncta
omnia tenemus. Atq³ hæc quoq³ causa fuit quare vocata sit naturalis Theo-
logia. Hanc igitur scientiam longè nobilissimam cum in manus ad disputan-
dum, sumerem, prius opera pretium videbatur illius veritatem demonstrare,
eò quod à plerisq³ vel nulla vel superuacanea præter meritum haberetur; quam
disputationem T. R. ut iure debui dedico, id enim non tam postulabat fauor
ille tuus eximius erga studia humanitatis, quam etiam exquirebant complu-
ra mihi à te exhibita beneficia, & quæ mea vicissim in ijs perpetuo reminiscen-
dis esse debet, pietas. Accipe igitur, uti soles, sereno animo hoc leuidentis
munusculum meusq³ audire Mæcenas nunquam desine. Helmsteti, 13.
Calend. August. Anno 117. 13. 61. 610*

T. R.

Obseq.

M. Ioannes VVolfius.



Disputationum Metaphysicarum
prima.

Thesis I.



Vanuis quilibet mortalium esse suum absolute ita
sumptum, sine scientia & cognitione utcumq; tue-
atur, uti nimirum dicatur esse homo, nemo tamen,
si omnimodam cuiuslibet spectes perfectionem, phi-
losophia & quidem eius, qua speculativa dicitur,
expers esse poterit.

Auerroes
in procem.
in lib. phys.

2. Cum enim intellectus noster, ut inquit Aristoteles 3. lib. de
anim. cap. 4. 1. 14. sit inter tabula rasa, in qua quidem actu nihil
scriptum est, scribi tamen quidvis potest: imperfectus sanè erit, ita
tamen, uti ad perfectionem suam inclinationem & aptitudinem se-
cum ferat quæ quia frustra esse nequit, satiari omnino & expleri re-
rum cognitione & scientiâ postulat, utpote qua nihil intellectum
mentemq; nostram magis perficiat.

3. Quapropter philosophus Metaphysicen suam perquam sapien-
ter exorditur à communi & generali illo pronunciatu, quo omnes ho-
mines ait natura scire desiderare lib. 1. cap. 1. 1. 1. id quod signo pro-
bat à sensibus desumpto, quos amari à nobis nullo etiam inuitatis emo-
lumento experimur, veluti patet in visu, quem remotâ etiam quavis
aliâ utilitate nihil acturi reliquis anteferimus, eo quod plus faciat
ad afferendam rerum cognitionem, earumq; differentias manife-
standas.

Scalig. ex-
erc. 286. f. 2.
Cic. lib. de
fin. 2. & 5.

4. Quod si igitur anima primùm curam æternaq; illius beatitu-
dinis rationem habueris, propriissima hominis operatio eaq; prestan-
tissima est rerum cognitio, qua ut excellimus brutis animantibus,

P. Fonsec.
lib. 1. meta-
ph. cap. 1. q.
1. f. 6.
D. Thom.

ita in princip.



explicat. in
Boet. de cō-
sol. philo-
soph.

ita affinitatem quandā cum diuinis genijs ac substantijs contrahimus
5. Hanc autem pollicetur nobis philosophia, nobilissimum Dei
Opt. Max. post Theologiam donum, cuius quidem tanta est dignitas,
ut est 9. Ethic. cap. 1. uti neq; pecunijs aestimetur, neq; ullus honor
aut merces tanti momenti existat, quam ijs, à quibus eam accepimus
referre possimus non aliter ac Dijs & parentibus.

6. Definitur autem cognitio earum rerum, quas Deus in hoc uni-
uerso nobis considerandas contemplandasq; proposuit, quasq; ad
honestum felicemq; vitæ statum obtinendum agere debemus.

7. Elucet ex hac definitione bimembris philosophiæ diuisio, qua
dissepiscitur in θεωρητικὴν & πρακτικὴν.

8. Theoretica est, quæ res circa quas versatur contemplari so-
lummodo docet neq; ulterius procedit, aut ad actionem quæ opponi-
tur contemplationi pura per se dirigitur & determinatur; non enim
exempli gratia consideramus

Errantem lunam solisq; labores,
Vnde hominum genus & pecudes, vnde imber & ignes,
Arcturum, pluuiasq; Hyadas, geminosq; Trionas,
Quid tantum Oceano properent se tingere soles
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet,
ut exinde aliquid efficiamus siue agamus, aut alio modo ea immute-
mus, id enim impossibile, sed ut ea cognoscamus, in qua cognitione
hæc pars consistit.

9. Practica est, quæ res sibi subiectas non tantum scire docet,
sed etiam insuper operari, vnde finis huius philosophiæ non est cog-
nitio sed actio, quare rectè Aristoteles 2. lib. Eth. cap. 2. non, inquit,
id agimus, ut quid sit virtus intelligamus, sed ut boni efficiamur.

10. Etiam si igitur utraq; pars in hoc conueniat & conspiret,
quod qualibet res illas, circa quas est occupata, sciat & cognoscat, in
eo tamen differt, quod in speculatiuis cognitio per se expetatur, in
practicis vero ordinetur ad opus 2. Metaph. cap. 1. 2. 3.

Desumit autem hanc distinctionem philosophiæ Aristoteles
tam

nam ex obiectis, siue rebus ipsi substratis, quam ex fine quia enim
philosophia est cognitio rerum, variabit utiq; illa, ubi res non erunt
eiusdem generis, iam vero alia sunt necessaria quae ut sunt certa &
immutabiles, neq; à nostro arbitrio aut voluntate dependent, ita
quog; meram de illis cognitionem quarimus: alia sunt contingentes,
incerta, mutabiles, quarum scientia proprie esse nequit, cognoscuntur
igitur quidem à nobis sed propter actionem, quae in eiusmodi rebus
solummodo habet locum 6. Metaph. cap. 1. 1. 1. 11. Metaph. 2. Met.
cap. 1. 1. 3.

Perer. lib. 1.
cap. 3. Za-
barel. lib. 1.
de nat. Leg.
cap. 1.

12. Quia vero illud est nobilius, quod propter se experitur, quam
quod ad aliud dirigitur & refertur, ita quog; longè sunt praestantio-
res disciplinae Theoreticae practicae, quod illae insuper hominem simpli-
citer perficiant, haec autem respectu vitae, quae etiam ratione melius
est ducari, quam philosophari, ut inquit Averroes lib. 1. metaph.
com. 7.

13. Seposita igitur philosophia practica diuiditur vicissim Theo-
retica in Metaphysicam, Physicam & Mathematicam, cuius diuisionis
ratio nobis etiam ex natura ipsa erit eruenda & probanda 6. metaph.
cap. 1.

14. Animaduertendum igitur est, quod Philosophus 6. Metaph.
cap. 2. cumq; eo Commentator eodem in loco inquit, diuersitatem vi-
delicet scientiarum proficisci & emanare ex diuersis modis definiendi,
cum definitio sit medium demonstrationis, sciendiq; principium,
tum etiam quod definitio explicet quid sit res, data autem differen-
tia rerum detur quog; diuersitas definitionum, & consequenter scien-
tiarum.

15. Res autem duobus modis definiuntur, primò in concreto,
quemadmodum simum, quod semper connotat aliquam materiam
sensibilem, in qua inhaeret ideoq; cum ea definitur, est enim simitas
nisi profunditas: secundo in abstracto, absq; omni materia sensibi-
li, ut profunditas quae est depressio in superficie, in qua definitione
nulla habetur ratio materiae sensibilis, ab illa enim abstrahit omnino.

16. Earum itaq; rerum omnium, quae in concreto definiuntur, cura ad naturalem Philosophum siue Physicum pertinet, qui omnia considerat ratione motus & materiae, ut videre est in animalium partibus, tam dissimilibus ut sunt nasus, oculus, auris, quam similibus, ut sunt caro, os & ita consequenter in toto animali, veluti etiam in plantis plantarumq; partibus, folijs, radicibus &c. quarum rerum omnium definitio non potest assignari absq; motu & materia.

17. Quae autem definiuntur in abstracto puta absq; materia sensibili, ea vicissim duplices sunt: quaedam enim licet absq; illa esse & existere nequeant, optimè tamen sine ea definiiri & considerari queunt, illasq; sibi assignat Mathematicus, qui quantitatem quantitatisq; affectiones & proprietates considerat, non in ordine ad substantiam, in qua veluti in subiecto ut alia quoq; accidentia inhaerent, sed per se, simpliciter & absolute vel ratione etiam & comparatione ad aliam quantitatem. Aristot. plurib. locis & Graeci interpr. Themist. 3. lib. phys. sup. tex. 71. 3. de anim sup. 1. 35. eodemq; loco Simplic. & reliqui, Perer. lib. 10. cap. 18.

Fons. in p-
oem. meta-
ph. cap. 7.
Conimbric
in proem.
lib. phys. q.
1. art. 5. & 6.
contra Pe-
rer. lib. 1.
cap. 7.

18. Quaedam vero separata omnino sunt & quemadmodum absq; motu & materia considerantur, ita quoq; ea in rationibus & conceptibus suis formalibus non includunt, ut sunt Deus, intelligentia siue angeli, ens, unum, verum, bonum, actus, potentia, necessitas, contingentia, causa, causatum, idem, diuersum &c. quorum cognitionem tradit Metaphysica.

19. Harum autem trium disciplinarum nulla est effectrix aut actiua, id quod patet primum ex causa, qua impulsu homines philosophari inceperunt: ea autem fuit admiratio, quae proficiscebatur ex ignorantia causarum, quarum effecta nota erant, etenim principio res minus difficiles admirati earum iuuentis causis difficilioribus incubuere quaestionibus usq; dum ad primas & summas rerum causas deuenirent. Quia igitur propter euitandam ignorantiam insecuti sunt homines hasce scientias apparet illas non propter actionem sed cognitionem queri, ignorantia enim cognitio opponitur non a-
Etio

Etio, qui autem fugit unum oppositorum, id facit, ut alterum appetat & assequatur. 1. Metaph. cap. 2. r. 10.

20. Secundo id ipsum quoque perspicuum est ex euentu: superuenientibus enim rebus omnibus, quae aut ad necessitatem aut ad cultum vitae conferebant, inquiri haec scientia ceperunt, quod argumento est, eas ad nullam aliam utilitatem esse reperiendas & ordinatas atque ad solam cognitionem. Ibid. & 1. Met. cap. 1. r. 7.

21. Quia verò nihil nobis hac vice erit negotij cum reliquis scientijs praeter Metaphysicam cum de illa res non sit admodum liquida & euidentis, prius opera pretium ducimus, uti veritatem illius & existentiam, quantum quidem fieri potest, demonstremus.

22. Pro confesso itaque primum sumimus, id quod omnes uno ore asserunt philosophi & docet Aristoteles 1. Post. Anal. cap. 23. r. 42. quamlibet scientiam suam habere proprium subiectum & circa id considerare principia, passiones & species eius: quia verò omnes res, quas homo naturali inclinatione & appetitu scire intendit exhaustire non potest subiectum Physices & Mathematices erit sanè praeter has aliqua alia scientia, quae de ijs, quae adhuc sunt superstites agat.

23. Etenim Mathematica solummodo quantitatem tractat, eiusque proprietates, quas de quantitate demonstrat, velut paritatem, imparitatem, commensurationem, excessum & defectum. Physica corpus naturale siue mobile, quatenus tale est cum omnibus affectionibus tam generalibus quam specialibus, & speciebus quae ei conueniunt, uniuersis.

Arist. 11. Metaph. sum. 2. cap. 1. 12. lib. 1. 44. Ibidemque Comment. & reliqui interpr.

24. Praeter has autem res dantur & aliae, quae non minus à nobis sciri cupiunt atque illae quemadmodum ens quatenus est ens, & ea quae enti per se insunt, quae quia sunt ex numero quoque scibilia, non relinqui volunt incognita, sed per aliquam à nobis scientiam omnino cognosci 4. Metaph. 1. 1.

25. Est autem haec scientia ab illis, ut modo diximus, prorsum distinguenda, utpote quae particulares sint atque illud quod tractant sit particula quadam à tota entis uniuersitate abscissa, transirent igitur

sur limites suos ac terminos, si de ente in communi & uniuersim a-
gerent, & ex particularibus fierent uniuersales scientia.

26. Præterea consideratio illa entis pertineret ad utramq; aut
ad alterutram scientiarum particularium si pro hac parte responde-
atur, controuersia & lus orietur inter illas hac sibi prouinciam illam
assignante illa sibi itidem cum ens ita sumptum in omnibus insit, nec
minus ad Mathematicum quam ad Pbyficum pertineat, cum uterq;
quisq; pro suo modo de ente agat.

27. Si dicatur ad utramuis id officij pertinere, id itidem erit ab-
surdum, cum nihil sit, idem eodem modo in utraq;, atq; iccirco se-
pius contra rationem reperi. Aristot. 3. Metaph. cap. 2. r. 4. Scotus
in principio quest. Metaph. Perer. lib. 1. cap. 7.

28. Relinquitur igitur uniuersalem quandam esse scientiam,
quæ ens quatenus ens id est, in sua uniuersitate & communissima
ratione cum suis affectionibus tam coniunctis quam disiunctis &
speciebus in quas adæquatè diuiditur, & predicatis essentialibus quæ
quidem omnia per omnes disciplinas sunt porrectæ & sparsa contem-
pletur & perpendat.

29. Exemplis fiet res manifestior: queram ego in predicamen-
to substantia, quid Petrus sit, Andreas, Ioannes? respondebis esse homi-
nes, si peram ulterius quid homo? occurreres esse animal, quid animal,
corpus animatum, quid hoc, corpus, quid corpus, substantia, quid sub-
stantia, ens, ad quod ubi deuentum fuerit, quiescit nostra questio
& intellectus qui supra illum terminum ascendere nequit, quippe qui
ultimus sit in resolutione, & primus in cognitione eaq; confusa actua-
li, ut verior est opinio D. Thomæ in libell. de ente & essent. pro quo
vide Caietan. eodem in loco.

30. Iam igitur cum sit scientia quædam de homine, de anima-
li, de corpore animato, de corpore, quatenus talia sunt, quis tam iniu-
rius erit in substantiam, in ens, uti eorum quoq; scientiam esse neget?
cum substantia, cum enti, quatenus est substantia, quatenus est
ens tam conueniant propria quædam affectiones, quæ ut illis per se
non

non alius beneficio comperunt ita quoque de ijs demonstrari volunt, quam homini, animali, corpori animato, & corpori, quatenus talia sunt, de quibus tamen Physicus agit.

31. Atque hoc est, quod ait Aristoteles 4. Metaph. cap. 2. 1. 5. Et enim ut numeri, quare ratione numerus est, propria sunt affectiones veluti imparitas, paritas, commensuratio, equalitas excessus & defectus, atque hac per se spectatis & inter se comparatis numeris insunt: eodemque modo & solido & immobili & quod mouetur, ponderis experti, & pondus habenti alia sunt propria, ita & enti, quae ens est quadam propria conueniunt. Atque haec sunt de quibus philosophi (Metaphisici) est veritatem exquirere.

32. Porro cum principia illa, communesque sententiae ex quibus omnes artifices demonstrant, ad aliquam pertineant scientiam, si non omnes ratione cognitionis demonstratiua, ratione tamen cognitionis definitiua (oportet enim quasdam propositiones esse indemonstrabiles) ut est Metaph. cap. 2. 1. 2. & nemo iure negare potest, quis, quae so de ijs ager?

33. Quod si enim veritatem horum principiorum, ut sunt:

Fieri non potest, ut aliquid simul sit & non sit,

Necesse est quoduis affirmare, & negare, aliaque

huiusmodi, quae immediate ex natura entis desumuntur, scire velis eamque ab ijs, qui per proteruiam aut deceptionem illam impugnant, defendere ac tueri, cuius ope id facies? si sublatam vis Metaphysicam.

34. Praeterea unde cognosces siue unum vni contrarium, vel quid sit contrarium, quotum modis dicatur? philosophi enim est de omnibus posse agere, si enim philosophi non est, quisnam erit, qui ea considerabit. 4. Metaph. cap. 2. 1. 4.

35. Quod si quisquam ad Logicen prouocet, nae illius & Metaphysices naturam haut intelligit & assequitur.

36. Primum enim est, quod Logica ut inquit Auerroës in epitome sua Metaph. tract. 1. sit disciplina auxiliatrix, siue ut Graeci vo-



eani, instrumentalis qua ad id inuenta est, vt eius operà & benefi-
cio in reliquis philosophia partibus veritate ne aberraremus, qua si
primo intuitu nobis appareret, & vbiuis cognita, quasi oboculos po-
sita, esset, illà doctrinà sanè opus non haberemus.

37. Vt igitur finem illum, quem diximus, assequatur Logica,
primis notionibus, qua immediatè res ipsas extra animam signifi-
cant, veluti homo, equus, leo, animal, secundas imponit, quemadmo-
dum esse speciem, genus &c. veluti primarum mensuras & pondera
qua opus nostrum sunt atq; ab animà producuntur, vt pro nostro libi-
tu esse ac non esse possint.

38. Non igitur scientia esse potest Logica cum illa sit de rebus
necessarijs certis & immutabilibus 1. Poster, cap. 2. hac autem de rebus
qua nostro arbitrio subiacent, sed est modus sciendi solummodo, quem
cum scientia confundere absurdum est, vt rectè docet philosophus 2.
Metaph. t. 4.

Arist. 4. Me- 39. Quapropter etiamsi res omnes siue ens in sua vniuersitate
taph. cap. 2. pro subiecto habeat & Logica & Metaphysica, non tamen id indif-
t. 5. ferenter & quouis modo contingit, discriminat enim hic inter alia Lo-
gicè & Metaphysicè modus considerandi, qui vt se in quouis subie-
cto instar formæ habet, ita minimè omnium negligi debet, vt est a-
pud Aucnr. 1. Poster. cap. 23. comm. 179. Perer. lib. 2. cap. 1. Zabarel. lib.
1. de natur. Logic. cap. 15.

40. Metaphysicus enim ens considerat quatenus est ens, id est, se-
cundum suam propriam rationem & naturam, prout extra animam
in rebus existit: Logicus verò considerat ens, prout substernitur secun-
dis notionibus siue conceptibus; ille expendit hominem, animal pro-
ut sunt entia, prout aut substantia aut accidentia, aut alij gradus
entis, hic prout sunt aut species, aut genera, quatenus in enunciatio-
ne habent locum subiecti aut predicati, in syllogismo sedem maioris,
medij aut minoris termini, & sic consequenter; vide Zabarell. in lib.
de natura Logices.

41. Por-

41. Porro illi ipsi, qui hasce diuersissimas disciplinas propter ne-
glectam primarum & secundarum notionum distinctionem, turpiter
confundunt, respondeant, quare ubi non tantum statuunt ens quate-
nus ens perquam falso Logices subiectum sed illam quoq; absurdi-
tatem Aristoteli affingere conantur, in libellis suis Dialecticis non a-
gant de ente quatenus est ens, sed quatenus est argumentum, cum
id idem non sit, argumentum enim esse competit enti per intelle-
ctum, ens vero esse conuenit ei per suam naturam.

Ramus in
schol. Dia-
lect. lib. 4.
cap. 1. cum
suis asseclis

42. Secundo quare non tractent quoq; si perfectè suas discipli-
nas tradidisse se videri volunt, de actu & potentia de necessitate &
contingentia, de differentis totius, de vniuersalibus de substantia &
accidente, vero, bono &c. cum illa omnia enti quatenus tale proprie
& per se competant.

43. Quod cum non faciant, neq; facere merito possint aut red-
dant nobis Metaphysicam tam distinctam à scientijs reliquis particu-
laribus, quam ab ipsa Logica, aut omnia nullo discrimine habito
suisq; deq; præcipitent, & in unum indigestum chaos aliquod redigant.

44. Et hæc breuiter de veritate & existentia Metaphysices, cu-
ius utilitas & necessitas in decursu erit euidentior.

CORONIS.

Theologia supranaturalis distincta est ab il-
la, quam naturali lumine habemus, & secun-
dum rationem formalem quam illius obiectum
induit & ratione luminis, quo illud attingitur.
Alens. 1. par. q. 1. memb. 2. D. Thom. 1. p. q. 1. art.
1. haud. 1. sum. 2. q. 3. Conimb. in proæm. lib.
Phys. q. 1. art. 6.

CORO-

COROLLARIA.

1. Abstractio illa, quæ diuersitatem scientiarum parit, non est ab omni materia, prout materia dicitur de omnibus, quæ aliquid materiæ & potentialitatis sapiunt, sed ab intelligibili & sensibili tantum.
2. Habitus principiorum non inest nobis a-ctu, quando nascimur, sed potentia. Vide Aristot. 2. post. Anal. cap. vltimo.
3. Primum omnium principium est: Impossibile est idem simul esse & non esse. Aristot. 4. Metaph. cap. 4. & sequent.
4. Ramo impugnanti Metaphisicem tota philosophia vapulat, insectanti Aristotelem veritas, explicanti in proæm. scholar. Metaph. Plutarchi dictum de Met. Grammatica.

FINIS.



94 A 7363

ULB Halle 3
002 826 550



5b.

V47

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
Campus in Berlin-Potsdam
Via Loviana 6 am Hof III



visibile voluit ex uirgine sumere: con-
grue debuit corporali specie apparere
formavit autem angelus corpus
sibi lucidum: quod secundum Augustinum facie
rutilans et veste choruscans uir-
gini apparuit. Conuenienter uero
uirgini annuntiatur incarnatio uerbi:
ut scilicet prius ipsum inciperet me-
te quam carne. **M**utans ergo
angelus nomen eue. dicit uirgini
aue: indicans eam ab omni ve-
beram. **Q**ue bene gratia plena di-
citur: quod alijs ad mensuram gratia
datur: hec autem sola gratia
quam nulla alia meruerit conse-
cuta est: ut gratie impleretur
auctore. **Q**ue cum gratia plena sit.
prius etiam quam concipiat: post concep-
tionem quantum dei habundat gratia
quis cogitare possit? **U**nus ieronimus
Et bene plena: quod ceteris per partes
prestatur gratia: maiore uero simul
se totam infudit gratie plenitudo:
bene gratia plena: per quam largo sancti
spiritus umbra perfusa est omnis
creatura. **Q**ue celis dedit gloriam.
terris deum pacemque refudit: fidei
gentibus finem uicibus: uite ordinem.
moribus disciplinam. **D**icitur
quoque ei dominus tecum. scilicet sit in uen-
tre. qui tecum est in animo: adimplet
ventrem. qui adimplet mentem.

quod et si tota saluatio angelus in se
uirgini gratissima: ista tamen clausula
dominus tecum potissime eam delectat
ideo singulari deuotione dicitur de eam
Licet enim iam eam in uirgine: non enim
tamen misit nuncium: quod modo singulari uo-
luit esse secum. **H**ec etiam sola per
omnes mulieres et super omnes mu-
lieres benedicta predicatur. **C**um
mulier subiaceret maledictioni dei
ut legis: nam corrupta subiaceret ma-
ledictioni dei quod ait **In dolo** par-
tes: uirgo maledictioni legis non
erat. **maledicta sterilis**: sed inania
utrumque maledictum uitauit: maledic-
tionem dei. quod uirgo promissit: maledic-
tionem legis: quod filium habuit. **U**nde
ipsa primicia uirginum dum primo
uiginitate sua de obtulit. **maledic-
tionem legis aboleuit**: et merito benedicta
dicitur: per quam mundus a maledic-
tione liberatur. **E**t notandum
quod super hanc saluationem nunquam ho-
mo uenire ualebit: nec alius
excellens dulcis et gratiosus uirginum
uigine salutem potit: quam dicitur sa-
luatioem quam ipse deus per dicitur
et per angelum ei destinauit. **In** uir-
gine singulis dulcissima implen-
tur mysteria. **N**am deus per eam
sua omnipotentia confirmat: ut
esset inuis ab omni uerbo
tunc uirginum que filia



Farbkarte #13

B.I.G.



in Metaphysicarum
PRIMA.

DE
STATE ET
A PHILOSO.
æ siue Meta-
physices.

us Theses
Deo Opt. Max.

PRÆSIDE
WOLFFIO Hom-
Altendorpio
atâ IV LII.
defendet
LAFARDVS.

ESTADII,
Jacobus Lucius.

D. CI.



5

573

